



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLXXI. Der Römische König Rudolph quittirt die Stadt Lübeck wegen einer
dem Markgrafen Otto von Brandenburg und dem Edlen Bernhard von
Querfurt für den König übermachten Summe Geldes, am 25. Februar ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

notato Eryco rege dacie secundum consuetudinem regni dacie tamquam vere hereditatis warandiam facere digno modo. E conuerso quoque nos Wizlaus cum XX. militibus subleriptis promissimus fide prestita corporali, quod per annum et diem (de) terra Zlauua*) cum castris et ciuitate Ruyenwalde pro vero proprietatis tytulo et hereditario warandiam faciamus. Insuper pretaxati marchiones a CCC^{is} XIX. marcis a iudeis in Magdeburg nos liberabunt. Huius rei testes sunt milites nostri et promissores etc. Acta sunt hec circa pontem, que vocatur Cynfowe, anno domini M^o. CC^o. LXXVII^o., in die sancte prisce virginis. Data in Golenbeke etc.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives I. C. 4 in quarto, Blatt 56. — Ungenau bei Gercken Cod. I, 247. Statt perfoluent: perfoluet, statt milia: millia, statt iudeis: vadio und dergl.

CLXXI. Der Römische König Rudolph quittirt die Stadt Lübeck wegen einer dem Markgrafen Ditto von Brandenburg und dem Edlen Bernhard von Querfurt für den König übermachten Summe Geldes, am 25. Februar 1277.

Rudolfus, dei gratia Romanorum Rex, semper augustus, Prudentibus viris Ad-uocato, consulibus et vniuersis ciuibus Lubicensibus, dilectis fidelibus suis, Gratiam suam et omne bonum. Ad fidelitatis vestre noticiam volumus peruertere (peruenire?), quod nos de omni eo, quod Illustri Ottoni, marchioni Brandenburgensi, principi nostro karis-simo, et nobili Bernardo de Querenvurt, nomine Regio duxeritis assignandum, vos te-nore presencium quitos reddimus et solutos; Dantes vobis has nostras litteras in testimonium super eo. Datum Wiene, Quinto kalendas Marcij, Regni nostri Anno Quarto.

Aus der Lübeckischen Urkunden-Sammlung I, Nr. CCCLXXVIII.

CDXXII. Herzog Barnim von Pommern schenkt dem Bisthume Camin das Land Col-berg unter der Bedingung, dasselbe an den Markgrafen von Brandenburg nicht abzutreten, am 30. April 1277.

Nos Barnim, Dei gratia Dux Slavorum, notum facimus per praesentes, quod venerabili Domino Herrmanno Camminensi Episcopo super dimissione terrae Colberg sibi et ecclesiae Caminensi concordauimus in hunc modum. Quod ipsi et dictae ecclesiae dimissimus civitatem et totam terram Colberg, cum eisdem terminis, qui tunc perti-nebant ad dictam terram, quando Boreo et Casimarus fuerint Burggrauii in castro Col-berg, et nos ipsam tenebimus in feudi possessione Episcopo et suis successoribus, quamdiu placuerit eidem, et dictam terram et bona in ipsa conferimus feudaliter, quibuscunque ipse

*) Stettiner Abschrift: Zlauna oder Zlauia.